

USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)
Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2019-LIVELLO A Specimen

Summarium

Narratur de Romanorum regibus Tarquinio Prisco et Servio Tullio; prior Tarquiniiis Romam migravit et suis virtutibus Anci amicitiam et regnum obtinuit. Anci filii tamen eum interficere volebant, quia patris imperium cupiebant. Tarquinius Servium tamquam filium educavit et Servius Tanaquilis dolo regnum obtinuit et bene id rexit.

De novissimis Romanorum regibus – I

1	<i>Anco regnante</i> , Lucius Tarquinius urbe Tarquinia veniens, cum coniuge et fortunis omnibus Romam commigravit. Cum urbem pervenit, <i>Tarquinius pecuniā et industriā dignitatem atque etiam Anci regis familiaritatem obtinuit</i> , a quo, tutor liberis relictus, regnum intercepit, et ita administravit, ut verus rex.
5	Supererant duo Anci filii, qui aegre ferebant se paterno regno fraudatos esse; sic regi paraverunt insidias. Ex pastoribus duos ferocissimos delegerunt ut eum occiderent. Ei, simulata rixa, in vestibulo regiae tumultuantur. <i>Cum eorum clamor in regiam pervenisset</i> , vocati ad regem venerunt. Dum alterum rex rogat, alter elatam securim in eius caput deiecit et, relicto telo, ambo fugerunt.
10	Servius Tullius matre nobili, sed captiva, natus est. Cum in domo Tarquinii Prisci educaretur, ferunt prodigium mirabile accidisse. <i>Flammae species pueri dormientis caput circumdedit</i> . Hoc viso Tanaquil, Tarquinii uxor, summam ei dignitatem nuntiari intellexit; coniugi suasit ut eum ut liberos suos educaret. Is, postquam adolevit, a Tarquinio gener assumptus est; et cum Tarquinius occisus esset, Tanaquil, celata eius morte, apud populum dixit regem, gravi quidem, sed non letali vulnere accepto, petere ut, dum convalescit, Servio Tullio oboedirent.
15	Servius Tullius quasi precario* regnare coepit, sed recte imperium administravit.

*quasi precario = tamquam si eius regnum perpetuum non esset

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto 6 parole scelte fra quelle elencate dopo il testo (**indica il numero nello spazio bianco**):

Lucius Tarquinius ex _____ cum uxore et divitiis Romam vēnit; quia dives et callidus erat, Anci regis amicus factus est et eius liberorum tutor relictus est; sic in suā potestate regnum habuit. Anci filii tamen nolebant patris imperium _____; sic instituērunt Tarquinium interficēre per sicarios; a duobus audacissimis pastoribus petiverunt ut ante regiam rixam simularent et sic regem adirent. Tarquinius enim, _____ clamore ante regiam, _____ vocavit et sicarii dolo eum occīdērunt.

Servius Tullius fuit filius matris honestae sed non liberae; dum apud Tarquinium alitur, factum incredibile evēnit. Cum puer dormiret, caput eius ab aliquā re flammae simili circundatum est. Postquam Tanaquil hoc vidērat, comprehendit eum regem facturum esse, ergo voluit ut

_____ Servium educaret tamquam liberos suos. Is, adultus, Tarquinii filiam in matrimonium duxit et post coniugis mortem Tanaquil negavit eum occisum esse, sed dixit tantum vulneratum esse. Rex ipse -ea nuntiavit- monebat ut populus genero _____, cum Tarquinius sanaretur. Servius Tullius imperium accepit quasi ad tempus, sed probus rex fuit.

1. Perdebant	4. Se	7. Etruriā	10. Auditō
2. Pareret	5. Perdere	8. Uxor	11. Parebat
3. Eos	6. Coniux	9. Auditur	12. Etruriae

2. In base al testo letto barra la risposta esatta, V/F (6 punti)

Lucius Tarquinius Romam cum suis copiis oppugnat et regnum obtinet	V	F
Anco duo filii sunt, qui nolunt Tarquinium patris regnum administrare	V	F
Duo pastores Anci filiorum iussu Tarquinium interficēre debent	V	F
Tanaquil, mater Servii Tullii, mulier honesta sed captiva est	V	F
Tarquinius in regiā tamquam filium Servium educat, quia eius uxor id a rege petivit	V	F
Cum Tarquinius occisus sit, populus Servio oboedire non vult	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano, E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti)

1. Quando Tarquinius Romam pervenit?
 - a. Post Anci mortem, quia is voluit Tarquinium regnare
 - b. Dum Ancus regnat, postquam Tarquinius Tarquiniam urbem reliquit
 - c. Cum Tanaquil vult Romam ire quia scit eum regem futurum esse
 - d. Cum in patriā suas fortunas perdidit

2. Cur Tarquinius regnum obtinuit?
 - a. Quia Ancus eum diligit et suorum filiorum tutorem deligit
 - b. Quia Anci filii eum tamquam socium volunt
 - c. Quia Tarquinius Ancum pellit et regnum occupat

- d. Quia Tanaquil dolo facit ut is rex creetur
3. Quid faciunt Anci filii?
- Tarquinium Tarquinia urbe vocant ut cum eis regnet
 - Ancum occīdere volunt quia eos regno defraudavit
 - Tarquinium dolo interficere volunt quia bonus rex non est
 - A sicariis petunt ut Tarquinium interficiant
4. Quid faciunt pastores?
- Ante regiam cum Anci filiis rixantur
 - Inter clamores Tarquinium occidunt sed capiuntur
 - Unus eorum Tarquinium securi percutit
 - Ambo Tarquinium feriunt et fugantur
5. Quis est Servii mater?
- Tanaquil Servii mater est
 - Serva a Tarquinio Servium genuit
 - Mulier nobilis sed non libera Servii mater est
 - Mulier obscurā familiā sed dives Servii mater est
6. Cur Tarquinii uxor vult Servium tamquam regis filium educare?
- Quia prodigium eum ut futurum regem indicavit
 - Quia ei liberi non sunt
 - Quia reliquos Tarquinii filios in odio habet
 - Quia Servii sapientiam animo percepit
7. Quid accīdit cum Servius adoleverit?
- Servius Tarquinium occīdit ut regnum obtineat
 - Servius Tarquinii filiam uxorem ducit
 - Servii mater Tarquinio nubit
 - Tanaquil Tarquinium occīdit ut Servius regnum obtineat
8. Quid facit Tarquinii uxor post eius mortem?
- Dicit eum mortuum esse, ergo populus Servio oboedire debet
 - Dicit eum vulneratum esse et mox moriturum esse, ergo populus Servio oboedire debet
 - Dicit eum vulneratum esse, ergo populus interim Servio oboedire debet
 - Dicit eius filios Tarquinium occidisse, ergo populus Servio oboedire debet

1	2	3	4	5	6	7	8

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto, E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti)
1. R. 1: *Cum* è:
 - a. Preposizione
 - b. Congiunzione coordinante correlativa
 - c. Congiunzione subordinante con l'indicativo
 - d. Congiunzione subordinante con il congiuntivo
 2. R. 5: *Se* è:
 - a. Pronome personale riflessivo accusativo singolare
 - b. Pronome personale riflessivo ablativo singolare
 - c. Pronome personale riflessivo accusativo plurale
 - d. Pronome personale riflessivo ablativo plurale
 3. R. 6: *Ut* introduce:
 - a. Una subordinata relativa
 - b. Una subordinata completiva
 - c. Una subordinata consecutiva
 - d. Una subordinata finale
 4. R. 8: *Dum* è:
 - a. Una congiunzione subordinante temporale che esprime posteriorità
 - b. Una congiunzione subordinante temporale che esprime anteriorità
 - c. Una congiunzione subordinante temporale che esprime contemporaneità
 - d. Un avverbio di tempo
 5. R. 9: *Relicto* è:
 - a. Un sostantivo ablativo singolare
 - b. Un aggettivo ablativo singolare
 - c. Un participio presente ablativo singolare
 - d. Un participio perfetto ablativo singolare
 6. R. 12 *Hoc* è:
 - a. Un pronome maschile ablativo
 - b. Un pronome maschile dativo
 - c. Un pronome neutro accusativo
 - d. Un pronome neutro ablativo

7. R. 12 *Ei* è:

- a. Un pronomo nominativo plurale riferito a Tarquinius e Servius
- b. Un pronomo dativo singolare riferito a Servius
- c. Un pronomo nominativo plurale riferito a Tarquinius e Tanaquil
- d. Un pronomo dativo singolare riferito a Tarquinius

8. R. 13 *Postquam* è:

- a. Una congiunzione subordinante temporale che esprime posteriorità
- b. Una congiunzione subordinante temporale che esprime anteriorità
- c. Una congiunzione subordinante temporale che esprime contemporaneità
- d. Un avverbio di tempo

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito

- a. R. 1: *Anco regnante, Lucius Tarquinius (...) Romam commigravit*
Dum Ancus _____, Lucius Tarquinius (...) Romam commigravit
- b. R. 2-3: *Tarquinius pecuniā et industriā dignitatem atque etiam Anci regis familiaritatem obtinuit*
_____ pecuniā et industriā dignitas atque etiam Anci regis familiaritas obtentae sunt
- c. R. 7-8: *Cum eorum clamor in regiam pervenisset, vocati ad regem venerunt*
Postquam eorum clamor in regiam _____, vocati ad regem venerunt
- d. R. 11-12: *Flammae species pueri dormientis caput circumdedit*
Flammae species pueri qui _____ caput circumdedit

Summarium

Servius Tullius voluit cum totis Latinis templum Dianaē aedificare; post mirum prodigium potuit dolo summum imperium Romanis providere. Post eum Tarquinius Superbus regnum occupavit et eius filius ei subvenit ut Gabios in suam potestatem redigeret, postquam pater ipse ei ostenderat quid faciendum esset.

De novissimis Romanorum regibus – II

1	Servius Tullius Latinorum populis suasit, ut ipsi Romae templum Dianaē cum populo Romano aedificarent. Quo facto, <i>vacca mirae magnitudinis cuidam Latino nata dicitur</i> , et responsum somnio datum eum populum summam imperii habiturum esse, cuius civis vaccam illam immolavisset. Latinus vaccam ad templum Dianaē deduxit, et causam sacerdoti
5	Romano exposuit. Sacerdos callidus eum ad Tiberim abluendi causā misit; <i>dum Latinus ad Tiberim descendit, sacerdos vaccam immolavit</i> . Ita imperium civibus vindicavit. Tarquinius Superbus regnum scelestē occupavit; postea urbem Gabios in potestatem redegit fraude Sexti filii, <i>qui ad Gabinos se contulit, patris in se saevitiam querens</i> . Benigne a Gabinis exceptus est, et potens factus est. <i>Tum e suis unum ad patrem mittit quaesitum</i> quidnam se facere vellet. Pater nuncio filii nihil respondit, sed in hortum transiit; ibique altissima papaverum capita baculo decussit. Nuncius fessus expectando reddit Gabios. Sextus, <i>cognito silentio patris</i> simul ac facto, intellexit quid vellet pater. Primores civitatis interemīt, patrique urbem sine ulla dimicatione tradidit.
10	

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Servius Tullius templum Dianaē dicatum aedificare cupiebat cum totis Latinis; post templi aedificationem Latino cuidam _____ vacca mirabilis. Prodigium sic interpretatum est: civis qui vaccam immolaverit, suo populo summum imperium tradet. Latinus igitur ad templum cum vaccā ivit ad eam _____, sed sacerdos ipse Latini vaccam dolo immolavit, ut _____ summum imperium esset. Postea Tarquinius imperium sumpsit sed Gabinos tantum filii fraude vincere potuit; Sextus enim effecit ut Gabinii eum in urbem _____ et maximum imperium haberet. Deinde a patre quaesivit quomodo _____ subvenire posset. Tarquinius nihil _____ sed filii nuntio ostendit quomodo principes civitatis interficiendi essent. Sextus ita fecit et Gabios in patris potestatem redegit.

Accipio, -is, -cepi, -ceptum, -ere	Immolo, -as, -avi, -atum, -are
Dico, -is, dixi, dictum, -ere	Is, ea, id
Gigno, -i, genui, genitum, -ere	Romanus, -a, -um

7. Trasforma le seguenti proposizioni, secondo quanto suggerito (6 punti)

a. R. 2: *Vacca mirae magnitudinis cuidam Latino nata dicitur*

Fama est vaccam mirae magnitudinis cuidam Latino _____ (1p)

b. R. 5-6: *Dum Latinus ad Tiberim descendit, sacerdos vaccam immolavit*

_____ ad Tiberim _____, sacerdos vaccam immolavit (**si usi una forma implicita per trasformare la subordinata**) (2p)

c. R. 8: Postea urbem Gabios in potestatem redigit fraude Sexti filii, qui Gabinos se contulit, *patris in se saevitiam querens*.

Postea urbem Gabios in potestatem redigit fraude Sexti filii, qui Gabinos se contulit, cum patris in se saevitiam _____ (1p)

d. R. 8: *Tum e suis unum ad patrem mittit quae situm quidnam se facere vellet*

Tum e suis unum ad patrem mittit ut _____ (1p) quidnam se facere vellet

e. R. 9: *Cognito silentio patris (...), intellexit*

Cum silentium patris _____ (...), intellexit

Soluzioni

1. Lucius Tarquinius ex (**7. Etruria**) cum uxore et divitiis Romam vēnit; quia dives et callidus erat, Anci regis amicus factus est et eius liberorum tutor relictus est; sic in suā potestate regnum habuit. Anci filii tamen nolebant patris imperium (**5. perdēre**); sic instituērunt Tarquinium interficēre per sicarios; a duobus audacissimis pastoribus petiverunt ut ante regiam rixam simularent et sic regem adirent. Tarquinius enim, (**10. audito**) clamore ante regiam, (**3. eos**) vocavit et sicarii dolo eum occīdērunt.

Servius Tullius fuit filius matris honestae sed non liberae; dum apud Tarquinium alitur, factum incredibile evēnit. Cum puer dormiret, caput eius ab aliquā re flammae simili circundatum est. Postquam Tanaquil hoc vidērat, comprehendit eum regem facturum esse, ergo voluit ut (**6. coniux**) Servium educaret tamquam liberos suos. Is, adultus, Tarquinii filiam in matrimonium duxit et post coniugis mortem Tanaquil negavit eum occisum esse, sed dixit tantum vulneratum esse. Rex ipse -eā nuntiavit- monebat ut populus genero (**2. parēret**), cum Tarquinius sanaretur. Servius Tullius imperium accepit quasi ad tempus, sed probus rex fuit.

2. F-V-V-F-V-F

3.

1	2	3	4	5	6	7	8
b	a	d	c	c	a	b	C

4.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	c	d	c	d	d	B	b

5.

a. R. 1: *Anco regnante, Lucius Tarquinius (...) Romam commigravit*

Dum Ancus REGNAT/REGNABAT, Lucius Tarquinius (...) Romam commigravit

b. R. 2-3: *Tarquinius pecuniā et industriā dignitatem atque etiam Anci regis familiaritatem obtinuit*

A TARQUINIO pecuniā et industriā dignitas atque etiam Anci regis familiaritas obtentae sunt

c. R. 7-8: *Cum eorum clamor in regiam pervenisset, vocati ad regem venerunt*

Postquam eorum clamor in regiam PERVENERAT/PERVENIT, vocati ad regem venerunt

d. R. 11-12: *Flammae species pueri dormientis caput circumdedit*

Flammae species pueri qui DORMIEBAT caput circumdedit

6.

Servius Tullius templum Diana dicatum aedificare cupiebat cum totis Latinis; post templi aedificationem Latino cuidam **genita est** vacca mirabilis. Prodigium sic interpretatum est: civis qui vaccam immolaverit, suo populo summum imperium tradet. Latinus igitur ad templum cum vaccā ivit ad eam **immolandam**, sed sacerdos ipse Latini vaccam dolo immolavit, ut **Romanis** summum imperium esset. Postea Tarquinius imperium sumpsit sed Gabinos tantum filii fraude vincere potuit; Sextus enim effecit ut Gabini eum in urbem **acciperent** et maximum imperium haberet. Deinde a patre quaesivit quomodo **ei** subvenire posset. Tarquinius nihil **dixit** sed filii

nuntio ostendit quomodo principes civitatis interficiendi essent. Sextus ita fecit et Gabios in patris potestatem redegit.

7.

a. R. 2: *Vacca mirae magnitudinis cuidam Latino nata dicitur*

Fama est vaccam mirae magnitudinis cuidam Latino NATAM ESSE (1p)

b. R. 5-6: *Dum Latinus ad Tiberim descendit, sacerdos vaccam immolavit*

LATINO ad Tiberim DESCENDENTE, sacerdos vaccam immolavit (**si usi una forma implicita per trasformare la subordinata**) (2p)

c. R. 8: Postea urbem Gabios in potestatem redegit fraude Sexti filii, *qui Gabinos se contulit, patris in se saevitiam querens.*

Postea urbem Gabios in potestatem redegit fraude Sexti filii, qui Gabinos se contulit, cum patris in se saevitiam QUERERETUR (1p)

d. R. 8: *Tum e suis unum ad patrem mittit quaesitum*

Tum e suis unum ad patrem mittit ut QUAERERET (1p)

e. R. 9: *Cognito silentio patris (...), intellexit*

Cum silentium patris COGNITUM ESSET (COGNOVISSET), (...) intellexit

VALUTAZIONE:

A1: 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.

A2: 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)